

lus. Stabat Dea in curru nuda, dextra mundi figuram, sinistra mala aurea tria ferebat: post etiam erant nuda Gratia, nexis manibus poma gestantes: inquit Chartarius de Imagin. Deor. fol. 343. additque fol. 359.

Imago Pulchritudinis & Gratiarum.

Chartar.

Taceat ergo superata vetustas, dum Virginis-Matris mundo apparet speciositas. Mundus poma languit, quem per virginem serpens subvertit.

Claudian.

Communes vult esse notas, & venditus ipse Vendere cuncta cupit.

Triumphus Virginis de crimine generis.

Ubi pomum, ibi culpa: Virgoque obijcitur cum pomo & simul cum gratia; quoniam adversus perniciem pomi, concipiebatur Virgo pariens de semine caeli. Mundum portat, & pomum signat: Gratia verò non comites mundi & pomi: cum sequerentur illam, pulchritudinis eius exprimentes excellentiam: equidem singularis, in vastatione orbis causâ pestiferi pomi; cum illam solam in mundo comitarentur & Gratia. Currus itaque significat triumphum, ex illo qui in perniciem proiecit pomum. Nullus illud usque in curru, quousque Maris manifesta conceptio: equidem labentibus cunctis expulsa gratia à natura; sola

triumphat in mundo comite gratiâ. Nuda stat veilita carne, ex illo qui crimine apparuit nudus; unde maior Virginis-Matris ornatus: igitur magnum, quod induta carne, & simul nuda à carnis nudâ passione. Pomum secum habet in cultum, sed pomû aureum, dum mandus, quem portat, cecidit, quippe ex pomo lethifero in Adamo gustavit. Si pomum non connotaret Virgo, nõ demonstraret originem ab Adamo, nec eius imago esset, qui pomo in horto peccavit. Patris effugies in natura formanda Virgo; ceterum mirabiliter uti in speculo concauo, quo obiecta ipsamet natura, sed versa naturæ forma: pomumque pravariationis notatur, dum Virgo in natura constituitur; quippe non ita mirabilis varijs multiplicibus donis, ni clareret in conceptionis momento plena gratiarum, ex ipsa infecta natura, quam præcorrupterat pomum. Expressit pulchritudinem, ubi ex natura extra naturæ ordinem.

Ex natura extra naturæ ordinem.

quod esset pulchra, quanti quod sola. Retorqueamus Ethnicum ad Pison. v. 159. Felix illa dies, totumque canenda per ævum, Qui tibi vitales cum primum traderes aurâs, Contulit innumeras intra tua pectora doter.

Ovid.



TAU-

TAUTOLOGIA NONA.

FUGIEMUS, ET TERGA VERTEMUS.

Iosue. 8. vers. 5.

EXPOSITIO LITERÆ.



ELICITATEM ex custodita lege, & infelicitatem ex abdicatione proclamaverat Moyes, ut palam viderent Deum cultum illis impensius favere: igitur viribus proprijs nequibant tot, tantaque adoriri, & obtinere: sic eunt eontra Deum illos relinquere, quum multitudo Israelitica paucis idololatriis fracta, ac in fugam videretur turpiter versa. Promiserat Levit. 26. à vers. 5. Comeditis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris, gladius

non transibit terminos vestros: persequemini inimicos vestros, & corrumpet coram vobis. Persequuntur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Verum si deliquissent, non servantes pactum, opposita minatur vers. 17. Ponam faciem meam contra vos, & corrumpet coram hostibus vestris, & subjicemini his, qui oderunt vos: fugietis, nemine persequente. Optat Moyes in dignatis & dedignatis intelligentiam, dum in Cantico profert: Utinam saperent, & intelligerent, quomodo persequatur unus mille, & duo fugent decem millia. Cuncta experti tam in captivitate Babylonica, quam clade Romana. Hanc non voco captivitatem, quoniam ita flocci habiti sunt, ut dedignarentur Gentiles habere pro servis, vel mediastinis, sicut prædixerat Dominus. Ibi venderis inimicis tuis in servos, & ancillas, & non erit qui emat. Narrat etiam Ioseph. in Antiq. & de Bell. fusè.

Levit.

Deut. 323

29.

Cap. 28. 68.

2 Fugere hoïes in bello, nota infamiae est; sicut gloria, fugare. Insigne præ se fertur timiditatis. Quapropter olim sagillatus Serapion pancratiasta, de quo Nat. Comes, 5. Mytholog. cap. 1. inquit: Condemnatus fuit timiditatis, pridie quam Pancratiium committeretur, quia metu adversariorum solum verterit: id est fugerit. Quod uni ex omnibus undecis athletis per omnem hominum memoriam accidisse memorant. Solum accipiendum pro talo, & solum vertere, pro fugere concite. Hisp. Limpia la soleta. Plaut. in Curcul. Act. 2. scen. 3. v. 18. Factores omnes subdam solum. hoc est, sub pedibus. Taubm. hic: Sub solea calcamentorum. Quid iterat in Bacchid. 2. 3. v. 98. & in Trinum. 4. 3. v. 16. Cic. 5. Tuscul. 99. in fit: Calcamenta solorum. Marc. Varr. lib. 2. de Ling. Lat. cap. 9. Solum pedis fermentatum, & lib. 4. cap. 4. Que solo teri possunt: id est, pede, uti observant Scaliger. in Coniect. & Turneb. Advers. lib. 28. cap. 18. Canunt etiam Poetæ: Lucretius lib. 4. vers. 2. & Martial. lib. 9. Epigram. 75.

Quid fit, Vertere solum

Natal. Com.

Plaut.

Solum pro pedis talo.

Lucret.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.

Martial.

Et mordere luto putre, ventusque solum. Aliquando Vertere solum, est loco cedere. Cicero pro Cæcilio inquit: Qui volunt pænam aliquam subterfugere, aut calamitatem, solum vertunt. Et Tit. Liv. lib. 3. Decad. 1. Collega eorum exilij gratia solum verterunt.

Cicet.

Tit. Liv.

3 Omnes igitur qui fugiunt, vertunt solum, & locum mutant. Unde miles claudius irritus respondit bambalioni ridenti: Non nomen do militia, ut fugiam. Vide Plutarch. & Erafm. in Apophthegm. Fugere larè sumitur. Quapropter iuxta argumentum intelligitur acceptio, ita quod aliquando nihil significet, præter id cui iungitur. Sic in Bibl. Nolo: uti vidimus Tautol. præced. n. 6. Nolite timere. Id est, ne timeatis. Accipitur verbum pro Ne, particulâ negativâ. Frequenter fit in verbis Recordor & oblitiscor: vide dicta

Apophthegma militis claudi.

Plutarch.

Nolo pi ede:

Tau-

Tautolog. 7. *Tom.* 3. & hic *Tautolog.* 12. num. 26. ad illud: *Cæpit abigere.* Ita in verbo *Fugio.* *Horat.* 2. *Carm.* *Od.* 4. *vers.* 22. *Fuge suspicari:* pro ne suspicaris, vel noli suspicari. *Velocitatem aliquando signat,* ut *Fugere oculos,* quasi evanescere. *Fugite flos.* *Et nunquam fugiente rosa.* *Lucan.* lib. 10. *Pharsal.* *vers.* 165. & lib. 9. *vers.* 38. *Creta*

Etiam Fugit. *Plutarch.* in *Timoleon.* *infit:* *Luna fugit:* id est, disparuit. *Hæc acceptio invenitur*
saepe in sacr. pagin. *Job* 14. 2. *Fugit velut umbra.* *Psal.* 67. 2. *Fugiant,* qui oderunt
eam, a facie eius. *Sicut fuga pro effugio.* *Amos* 9. 1. *Non erit fuga eis: fugient,* & non
evanescent. salvabitur ex eis qui fugerit. Hoc est, fugient, sed non effugient. *Aristoph.* in *Avib.*
vers. 1759.

Non terra, non cæli nubes, non canum mare
Est, quod suscipiat istos, qui fugiunt.

Aristophan. Id est, neque in cælo neque in terra fugientes effugient. *Claudian.* *Mamertus* in *Poëtas,*
vers. 108. canit:

Pro effugere Nam neque Deum frustra fugiens, quem cunctis tenentem
Nemo fugit, movit cæli simul & maris iras.

Claud. Mam. 4. Interdum declinare malum dicitur fuga; sed tunc non fuga, si placide fiat. Sic
igitur Tæucer (ut ait *Erasmus* ubi supr. & *Cicero* lib. 3. *Epist.* 7. ad *Attic.*) dicebat: *Fu-*
gio patriam, ut inveniam, quia patria est, ubicunque bene est. *Virgil.* *Ecol.* 1. *vers.* 3.
tautologicè dicit:

Nos patria fines, & dulcia linquimus arva:
Nos patriam fugimus.

Virgil. Sic enim proprie est transitus, non iuga, ad quam necessaria cursus celeritas, quasi raptus
ab aliquo periculo imminente. *Transitus velox* quit esse, & quia nullum periculum, non
est fuga; sed dicitur fuga tantum ob velocitatem. Sic tempus dicimus volare & fugere,
Ovid. 1. *Amor Eleg.* 8. *vers.* 49. & 10. *Metam.* fab. 15.

Labitur occultè, fugitque volatilis atas,
Et celer amissis labitur annus equis.

Ovid. *Virgil.* 10. *Aeneid.* v. 467. *Breve & irreparabile tempus.* Minime in presentiarum de
huiusmodi fuga, quæ metaphoricè, sed de fuga proprie, quæ utpote cordis timidi
& vilis, turpis est, indecora, inhonesta, atque ignominiosa. *Ignavum scelus est tan-*
tum fuga: ait *Lucanus* 9. *Phars.* *vers.* 283. *Verbum contumeliosum est fugere.* Hinc
Achilli dicenti Agamemnoni: Vado ad Phthiam (id est, Thessaliam) hic respondit:

Fuge sanè. *Homer.* 1. *Iliad.* *vers.* 169. *exprobrat Aiaci Ulysses.* lib. 13. *Metam.* fab. 1.
apud Ovidium: Quid quid & ipsa fugit? Trepidatque fugam exprobravit amico. *Ho-*
mer. 10. *Iliad.* *vers.* 70. *etiam eius memoriam ut dedecus signat.* *Neutri* (ait) *in se*
invicem exilientes, recordabantur fugæ perniciose. Sic ab *Ambrosio* lib. *Officior.* dicitur
Turpis fuga. *Semper fuga ex metu;* aliquando *metus sine fuga,* ob honoris decus,
quod vitæ præponitur.

Nonne mori satius, vitæ quàm ferre pudorem?

Claudianus de Bell. Gildonic. v. 451. & *Virgilius* 12. *Aeneid.* a v. 645.
Terga dabit & Turnum fugientem hæc terra videbit?

Usque adeone mori miserum est?

Virgil. *Euripides* in *Aleest.* v. 500. & *Orestes* apud eundem in *Iphigen.* in *Tauris.* v. 719.

Est certè nemo, qui Alcmena filium

Eurip. *Visurus unquam sit fugientem hostium manum.*
Fugere, non tolerabile est, neque consuevimus.

Quantum dedecus? 1. *Machab.* 9. 10.
Unde Machabæus: Absit (inquit) *istam rem facere, ut fugiamus ab eis. Moriamur in*
virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriae nostræ. Quapropter *res-*
istentia in arduis dicitur virtus, quæ media inter timiditatem & temeritatem; quatenus
animus valet viribus corporis, nec cedit, adversus mala ingerentes. *Homer.* 13. *Iliad.*
v. 48. ait: Fortitudinis memores, non autem letalis fugæ. *Euripid.* in *Bacch.* v. 658. *Hinc*
manebimus, nec fugiemus. *Ovidius* lib. 9. *Metam.* fab. 1.

Inque gradu stetit certi non cedere, eratque
Cum pede pes iunctus; totoque ego pectore pronus;

Ovid. *Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.*
Eadem Quint. *Calab.* lib. 2. *Paralip.* & *Virgilius* floride lib. 10. *Aeneid.* v. 756.

Cædebant pariter, pariterque ruebant

Virgil. *Victores, victique, neque his fuga nota, neque illis.*

Fuga

Idem. 5. *Fuga dicitur & bona & mala.* Mala non solùm fugientibus, sed etiam stantibus: *Cur fuga di-*
quoniam caltra tunc sine ordine. Hinc *Ulysses* apud *Homer.* 14. *Odyss.* *vers.* 268. *ita que-*
ritur:

Iupiter autem fulminatur:

Fugam meis socijs malam ingessit, neque aliquis

Sustinuit manere contra.

Homer.

Idem regerit *Odyss.* 17. *vers.* 437. & 13. *Iliad.* *vers.* 564. *Cum ergo fuga hæcine sit ex*
metu; fugientibus pervia arva videntur angustia, & obstaculum aer. *Idem Eurimachum*
ita alloquitur, Odyss. 18. *vers.* 383.

Si Ulysses veniret, & accederet in patriam terram;

Statim tibi porta, & latea quavis sint,

Pugienti ardeantur è vestibulo foras.

Idem.

Nemesianus, apud Calpar. Barthium in *Claudian.* *de Bell. Gildonic.* inquit: *Verbera sunt*
præcepta fugæ, sunt verbera freni. Et *Claudian.* *ibid.* *vers.* 439.

Sonipes ignarus habene,

Virga regit, non ulla fides, non agminis ordo;

Arma oneri, fuga præsidio.

Nemesian.

Claudian.

Sic Virgilius 5. *Aeneid.* *vers.* 586. *Terga fugæ nudant.* Hoc est, *proiiciunt arma, quæ*
oneri tantum habentibus fugam pro armis. Et lib. 10. *vers.* 573.

Ut videre, metu versi, retròque ruentes,

Effunduntque duces, rapiuntque ad littora currus.

Virgil.

Plutarch. in *Caton.* *Consor.* *de exercitu Anthiochi,* lapidibus tunc idè, ait: *Nulla ex parte*
vim Romanorum, ac impetum sustinere; sed effusa fugæ terga dare & per ancipites saltus,
palustris limo & voraginibus invidis, ac præruptis, & lubricis colles iter habere. *Ovid.*
lib. 2. *Metam.* fab. 1. *succinit:*

Consternantur equi, saltu in contraria factò,

Colla iugo eripiunt, abruptaque loca relinquunt.

Ovid.

In priorè articulo expugnationi *Hai,* ita describitur *Israëliitarum.* *Terga vertentes per-*
cussis sunt, & corruerunt per prona fugientes. *Virg.* 9. *Aeneid.* *vers.* 756. & 12. *vers.* 462. 3.

Diffugiunt ventis trepidà formidine Troes.

Tollitur in cælum clamor, versisque vicissim

Pulverulentà fugà Rutili dant terga per agros.

Iosue 7. 4.

3.

6. Fuga bona est, quoties declinatur malum, & eluditur sine temeritate periculum;
Cæterum optima; si meditata obtineatur, quod vi consequi nequit. Tunc utilis & vali-

Cur bona.

dior, ubi species magis decipit. Non aliter *Iosue* disposuit in expugnationem. *Quia*
Achanus tulit de spolijs Iericho destinatis in anathema; non potuerunt Israëlite delere ci-
vitatem Haiimò ex his cæsi triginta sex, fugientibus cæteris. Unde simulatque furor *Do-*
mini quievit, & dilapidatione *Achani* iram decoxit, hostem *Iosue* (qui contereere eum vi-

ribus quibat) ut penitus citò deleteret, usus est stratagemate. *Iosue* verò *& omnis Israël*
cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam; ut in campum commo-
diorem deducti hostes, diduci, ac seduci possent, longè à civitate, in quam confugere de-
turbati molirentur, retrò & ante vulnerati: siquidem huc illucque circumdari, nullum ef-
fugium habere quibant: ex utraque parte cædebantur, ita ut nullus de tanta multitudine

Iosue 8. 13.

Cur optima

salvaretur. Astutia dicitur rei militaris: *Vernaculè: Ardid de Guerra.* *Facinus* egregium,
quod geritur potius consilio, quàm vim maxime cum hostes falluntur fiducia victoriz: igitur
exercitus minus exponitur interneconi, quàm aperto Marte. *Descriptionem habes*
apud Virgilius 6. *Aeneid.* *vers.* 477. & 10. à *vers.* 359.

Inde datum molitur iter: iamque arva tenebant

Ultima: que bello clari secreta frequentant.

Anceps pugna diu: stant obvixa omnia contra:

Concurrunt, hæret pes pedis, densusque viro viro

Ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci,

Aspera queis natura loci dimittere quando

Suasit equos. Quò fugitis socij?

Hæc ait: & medius densis prorumpit in hostes.

Virgil.

7. *An insidiarum usus licitus in bello* (quia ut idem canit lib. 7. *vers.* 607.

Sunt gemina belli porta (sic nomine dicunt)

Religione sacra, & sævi formidine Mortis.

Idem.

Una scilicet perficere, alia insidiosè inquirendam. Non loquitur de insidijs, eò sensu quo quodlibet allicitivum dicitur insidiosum, fascino incantans, captivans, suspendens mentem, & compellens hominem quasi vir raptum in volupe: uti dicitur, *Insidiosus amor: insidiosa voluptas*: de quo Propert. lib. 2. Eleg. 32. & lib. 4. Eleg. 7. & Ovid. de Art. sæpe. Igitur pellicit in malum, & malum non cognoscitur: quod dicitur error. Sic potest dici liber insidiosus, qui datus Ezechieli & Ioanni, quando quidem in ore ex illo dulcedo, atque abstruham in stomacho: de quo Tautolog. 11. Ita Augustin. Sermon. 227. vocat Iudicæ *vultum in sidiosum*: siquidem Holofernes illius specie deceptus, uti illa optaverat: *Fac Domine, ut gladio proprio eius superbia amputetur. Capiatur* (dixit) *laqueo oculorum suorum in me*: cap. 9. 13. Unde 16. 11. *Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captivam fecit animam eius, amputavit pugione cervicem eius.* Iudich minime ducem decepit pulchritudine: dux igitur in illa deceptus. De his insidijs, & id genus, minime agimus; sed de hostibus.

8 Ubi est principis auctoritas, iusta causa, & intentio recta, insidiæ in exterminium hostium licitæ sunt. *Cum autem iustum bellum* (ait Augustin. hic *quæst. 10. & 11.*) *utrum aperta pugna, utrum insidijs vincat, nihil ad iustitiam interest.* Altipulator Hieronym. in 17. Ezechieli. Abulens. in Iudic. 7. *quæst. 30.* & Scholastici DD. cum D. Thom. 2. 2. *quæst. 40. artic. 3.* Quare ibid. *quæst. 71. art. 3. ad 3.* ex dictis loc. cit. subdit: *Nec proprie huiusmodi insidiæ vocantur fraudes, nec insititia repugnant, nec ordinatæ voluntati. Militi, vel duci exercitus licet in bello iusto ex insidijs agere ea, quæ facere debet, prudenter occultando, non autem falsitatem fraudulentè faciendo.* Ita Labco leg. *Hoc edicto, si de dolo malo, inhi: Potest sine dolo malo aliud agi, aliud simulari: meo iudicio, non ut decipiat, sed ut decipiatur.* Quare D. 4. tit. 3. *de dolo malo, subditur: Non fuit contentus Prætor, dolum dicere, sed adiecit Malum; quoniam Veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si adversus hostem, latronemque quis machinetur.* Doctor Gentium 2. Cor. 12. 16. *Ego vos non gravavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi.* Dicitur huiusmodi industria dolo, quippe à capto non cognitus. Ita N. Patriarcha Benedictus *Regul. Sancti. cap. 2.* inquit in expositionem huius prudentissimæ doli: *Sciatis Abbas, quam difficilem & arduam rem suscepit, regere animas, & multorum servare moribus; & alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus; & secundam uniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam, ita se omnibus conformet & aptet; ut non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiat, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat.* Ex professo tractat Serarius quæstionem Tom. 2. in Iosue cap. 8. *quæst. 2.* verum multa ibi mihi dissona. Dolus igitur malus (qui non est industria, sed perfidia) semper illicitus: sicut contingit mendacio in contractibus, vocibus æquivocis, amphibologicisve, non respondentibus obiectivè menti contrahentium; unde fraus, fallacia & technæ (de quo latè exemplis agemus Tom. 8. Taut. 6. ad illud Ierem. *Supplantans supplantabit me.*) quibus facile credunt maxime nobiles, ut canit Ovidius 2. *Faustor. de cade Fabiorum, vers. 33.*

Quo ruitis generosa domus? Male creditur hostis. Simplex nobilitas perfida tela cave. Fraude perit virtus.

9 Propudium utique fide læsâ decipere hostem, & semper malè audit perfidus. Quotquot enim (inquit Plutarchus in *Lyfandr.*) *fide ipsi habita in urbe remanserunt, tradidati sunt.* Dicebat pueros taxillis, viros iureiurando decipientos esse. Imitatus est in hoc Polyeratem Samium: non rectè quidem tyrannum imperator: neque Laconicum est. Deos eodem quo hostes modo tractare. Imò autem in Deo contumelia maior est. Qui enim iureiurando fallit hostem; hunc se metuerè, Deum contemnere fatetur. Pater Machiabelinus. Unde Florus lib. 1. cap. 12. *Eam* (ait) *vir sanctus & sapiens veram sciebat victoriam, quæ salva fide & integra dignitate pareretur.* Aliter contra iustitiam. Quare Ambrosius lib. 1. *Officior. cap. 28.* *Etiâ hostibus* (inquit) *reservatur: ut si constitutus sit cum hoste aut locus, aut dies pratio; adversus iustitiam putetur, aut loco prævenire aut tempore. Iusto & publico bello (non privato) dici potest, quod Coræbus apud Virgil. 2. *Aneid. vers. 337.**

O socij, quæ prima, inquit, fortuna salutis monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur. Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis. Aptemus. Dolus, an virtus quis in hoste requiratur?

Virgil. 1

AL

10 Albericus Gentilis lib. 2. de *Iur. bell. cap. 6.* & eius frater Scipio in lib. 2. *Solymaidis* Torqueati Tassi, quorum fundamenta reijciuntur à Serario, ubi supr. asserunt, insidias five iusto, five iniusto bello illicitas esse. *Tibareni* (ait *Cœl. Rhodig. lib. 18. cap. 30.*) *nec prius decernunt pratio congregati cum quopiam, quam diem, locum, horam ex fide hosti denunciant.* Idem de Achais refert Polybius lib. 13. De Florentinus Michaël Montanna lib. 1. *Miscellan. cap. 5.* qui ibid. addit: *Ternateses hostibus aperire, quibus armis, copijs & modis praliaturos.* Hæc erat summa fatuitas, sicut callida vafricitas amphibologia. Dolus malus non tantum in bello, sed in certaminibus, duello aut monomachia, polymachiaque cautus, & multatus. In ludis Olympicis, qui cursu, palatrâ, disco, saltu & arte pugilli agebantur, quid non actum à tota Græcia, ne interveniret dolus? Lege Natal. Comit. lib. 5. *Mytholog. cap. 1.* Unde subdit: *Cum accepta prius ab Ephejs pecuniâ victor se Ephepsium prodi maluisset; perpetui exilij condemnatus fuit à Cretenstibus.* Turpis dolo quæsitâ victoria. Euripid. in *Rhes. vers. 714.* ait: *Vir generosus non tentat latenter occidere hostem, sed vultu adverso, & Claudianus de 6. *Cons. Honor. vers. 247.**

Ut malè tentato toties se credere campo
Cominus audeat: nulla est victoria maior,
Quàm qua confessos animo quoque subiugat hostes.

Sic gloriôsè Alexander, Polyperchoni suggerenti noctu aggredi Darium, respondit:
Abste, meum non est, iussuratas querere Laudes,
Atque idem fugientem non est dignatus Orodem
Sternere, nec iactâ cæcum dare cuspidè vulnus,
Obvius, adversoque occurrit, saque viro otri
Consultit, non furto melior, sed fortibus armis.

Aperto Marte duces insignes ambiebant triamphos, ita averfi dolos, ut Fabricius (quavis Cario tribuat Florus, ubi dudum cap. 18.) medicam venale illi Pyrrhi caput offerentem remiserit Regi. Vide Eutropium lib. 11. Aurel. Victor. de *Vit. illustrib. cap. 35.* Tit. Liv. lib. 39. cap. 51. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 5. n. 2. Aul. Gell. lib. 3. cap. 8. & Claudianus de *Bell. Gildonic. v. 270.*

Romani scelorum semper sprevisse ministros
Noxia pollicitum domino miscere venena
Fabricius Regi nudat à fraude remisit:
Insesto quem Marte petit, bellumque negavit
Per famuli patrare nefas.

Quare iuxta dicta claret, dolo bono insidias licitas esse. Sufficeret factum Iosue, maxime cum à Deo dicitur ibid. v. 2. *Pone insidias urbi post eam, & Ierem. 51. 12. *Levate custodes, preparate insidias.** Sic igitur potius voto Israélite contra Beniaminitas *Iudic. 20. a v. 31.* & plura alia, de quibus passim in Sacra pagina, & apud Ethnicos, partâ sæpe victoriâ ex simulata fuga. Apud Fidenas (ait Plutarch. in *Poplicol.*) *confederunt, postisque ante Romanos in insidijs duobus peditem gravi armatura milibus, quos locis umbrosis & cavis abdididerant; decreverunt, ubi primum illuxisset, paucos equites emittere, qui aperte prædas agerent. His imperatum erat, ut eum urbi appropinquarent, fugam simulantem hostes in insidias adducerent.* Hic modus frequens praliandi apud Parthos, uti in *Vit. Crusii* refert idem. Ubi stipatos ordines, constantique in ordinibus tuendis Romanorum senserunt; retrò Parthi abierunt, eumque dissipatorum speciem præberent & ordines solvuntium, imprudentibus hostibus quadratam eorum aciem circumvenerunt. Nam & ordines servantes vulneribus conficiebantur, & si conferre manum conarentur, idem quod ante patiebantur, hostem ledere non poterant. Fugientes enim Parthi sagittas simul emittebant. Esque id optimum inventum, quod salutem suam defendentibus, etiam fuga turpitudine caret. Vide Arati insignem de Lacedæmonijs victoriâ, apud Pausan. in *Arcadiæ. seu cap. 245.* Innuit Ovid. de *Art. lib. 1. v. 211.*

Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,
Telaque ab adverso que iacit hostis equo.
Quid fugis, ut vincas? Quid victos Parthe relinquit?
Parthe malum iam nunc Mars tuus omen habet.

Nonnunquam terga dedisse, simulatâ fuga proderit: ait Quintil. lib. 2. cap. 10. Ita igitur Iosue cum videret è civitate excursionem, & Israël (uti meditarum) illos fugisse, præcepit irruere. Cumque exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus & terga vertemus, donec persequentes ab urbe longius protrahantur: putabunt enim nos fugere sicut prius.

Cœl. Rhodig.

Tuepis dolo quæsitâ victoria.

Euripid.

Claudian.

Gorop.

Dolo à ferti spiritum.

Clau dian.

Victoria siâ fugâ.

Plutarch.

Ovid.

Quintil.

Fuga simulata atitii.

Plutarch. prius. Nobis ergo fugientibus & illis persequentibus, consurgatis de insidijs & vastabitis civitatem. Ita factum, potitque voto, uti sape de Annibale in eius Vita. refert Plutarch. Equo Marte contendit. Annibal, ut eum egressè iam in fraudem inductum vidit, nudaque ijs, quos in insidijs posuerat, terga præbentem, signum dedit: omnesque fugam certatim faciebant nequaquam salutarem

Virgil. Uti canit Virgilius 9. Aeneid. v. 662. Hæc furta belli honestissimam habent gloriam. Sic vicerunt Græci Troianos fingentes fugam, & si caverint aliqui ducum, ut ait Euripid. in Rhes. v. 61. Nunquid ab hostibus nunciatur dolus occultus strui per noctem?

Euripid. Tandem tandem in Tautologiam devenimus. Fugiemus & terga vertemus: inquit Iosue. Sæpe in Scriptura gratia claritatis exprimitur consequens necessarium. Item. 31. 19. Confusus sum, & erubui. De Samone dicitur Iudic. 15. 8. Percussit eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent. Iuxta Lyram & Burgens. in Hebræo stuporis nulla vox. Unde hic ait: Nec litera Hebræica facit mentionem de stupore. Illa voce ab Interprete exprimitur magnitudo plagæ. Id lucis & explanationis causa rectè additum: ait Serarius hic quæst. 10. quippe attoniti & cogitabundi aliquo malo, vel in molimen vindictæ vel præ dolore, suram super femur imponunt, illud percussant, fremunt, labia mordent, vultum demittunt, & imponunt manum super maxilla. De percussione femoris

Plutarch. Ierem. loc. cit. & Ezech. 21. 12. Plaga super femur. Homer. 15. Iliad. v. 113. & 13. Odyss. v. 198. Plautus in Trucul. Tct. 2. scen. 7. v. 42. Propert. lib. 2. Eleg. 4. v. 3. Ita Favius Maximus (ait Plutarch. in eius Vita) audit à clade Minucij, ut animadvertis circumventum undique, ac turbatum exercitum; clamorque fugientium ad eius aures pervenit, percusso femore, suspirijsque ac gemitu, Prob Hercules! inquit; meâ ergo opinione celerius, suâ propriâ ratione tardius perdidit seipsum Minucius. Cicero in Brut. inquit: Non frons percussa, non femur. Et denique Xenophon. Cyriped. lib. 7. Quibus auditis femur sanè percussit. August. in Iudic. quæst. 55. inquit: Insuper locutio facit obscuritatem. Ita enim dictum est, ac si diceretur: Percussit eos valde mirabiliter id est, ut admirando stupentes, tibiam super femur ponerent: tibiam scilicet unius pedis super femur alterius: sicut solent sedere, qui mirando stupent: Q. d. Percussit eos manum ad maxillam. Id est, tanta cade, ut manum ad maxillam tristè admiratione ponerent. De fremitu, labiorum morflu, & alijs signis Proverb. 16. 30. dicitur: Qui attonitis oculis, cogitat pravæ: mordens labia sua, perficit malum. Homer. Odyss. 18. vers. 414. Omnes mordiculis labris compressis admirabantur. De vultus demissione, Genes. 4. 6. Cur concidit facies tua. Virgil. 12. Aeneid. vers. 220. Demisso lumine Turnus. Propert. lib. 2. Eleg. 14. vers. 11.

Augustin. An dum demissis supplex cervicibus ibam. Propert. 13. Similiter in præfenti Tautologia consequens necessarium astruitur in expressionem actionis: quod usitatum tam apud Græcos, quam apud Latinos. Homer. 23. Iliad. v. 881. Admirati, obstupescitque sunt. 7. Odyss. v. 267. Navigabam per mare, iter faciens. Virg. 9. Aeneid. v. 332-12. v. 382. Caput aufert, truncumque relinquit. lib. 10. v. 33. Iuvenis auxillo. lib. 12. v. 409. Anima habitat tecum, sit pectore in isto. Euripid. in Andromach. v. 18. Scorsim ab hominibus, fugiens frequentiam hominum. Sophoc. in Oedip. in Colon. v. 1361. Terra ex patria expulsa exul. Q. Calab. lib. 6. Infantem, ac lacris egentem. Et Martial. lib. 4. Epigr. 30. Raptis luminibus cæcus. Quinimò eodem argumento & materia Homer. 21. Iliad. v. 128. Vos fugientes, ego verò à tergo cadens. Q. Calab. lib. 2. Terga dedit: & tergis fugientium inhaerens. lib. 5. Terga fuga dantes. Ovid. lib. 12. Metam. tab. 4. Terga fuga dederat. Virgil. 9. Aeneid. v. 7. 63. Fugientibus inserrit hastas in tergum. Et Plutarch. in Caton. Censor. inquit: Effusa fugâ terga dare. Etiam frequenter phrasis in Scriptura. Ierem. 49. 8. Fugite & terga vertite. 1. Machab. 11. 55. Fugit & terga vertit. Quo patet pro pleonasmis ad expressionem ampliore exergasice additum Terga vertere, quod necessarium ad fugam: igitur alibi solummodò dicitur Vertere, vel dare terga: Exod. 23. 27. Iosue. 7. 4. Iudic. 20. 21. & 1. Reg. 4. 2. Quod perspicue patet Genes. 14. 10. ubi: Terga verterunt, cecideruntque ibi. Per antecessens exprimitur fuga, quasi tergiversio in fugam dispositio ac preparatio. Sic Virgil. 10. Aeneid. v. 646. Illa dato vertit vestigia tergo. Et Euripid. in Rhes. v. 511. Visti & capti: id est, capti & victi. Quare modò per antecessens explicatur Terga vertere, & Fugere; modò per consequens Fugere, & Terga vertere.

Virgil. Ali-

14. Aliquid hic subodoror, quo claret, quando sit fuga gloriosa stratagemate, vel ignominiosa formidine. Aliquando ars est, quasi declinatio validioris impetus: sicut recessus plausus & plausibilis Marchionis de Pescara à Mafilia obfessa. Vernacule: La Bella ritirada. Et ut ait Plutarch. tam in Annibal, quam in Fab. Maxim. Ita rem Romanorum deduxerat, & ut à toties victore hoste non otnei, pro victoria haberetur. Hinc ut vidimus supr. n. 11. ab eodem Maximo dicta Fuga salutaris, vel non salutaris: igitur ad speciem apparet timor captâ fugâ, ac in fuga hæret victoria. Ovid. 1. Amor. Eleg. 5. Et fugax Parthus novi etiam causa triumphi.

Ovid. Unde sensus auctoritatis est: Fugiemus, non quasi recedentes, sed quasi metuentes, uti prius tantum formidine factum est. Ita fallacia & deceptio struenda ut in errore inducantur, nobis terga vertentibus in fugam veram, etsi simulatam: etenim si non fugimus, sed retrò incedimus; è civitate non erumpent, nec factò excursum extrahentur in latiore arenam. Quapropter dare terga necesse est, ut creditâ fugâ, victoriæ spe irruant & conterantur: quin huc atque illic sit effugium, ut dicitur Iudic. 20. 32. Putaverunt enim solito eos more cadere: qui fugam arte simulantes, inierunt consilium, ut abstraherent eos de civitate, & quasi fugientes ad prædictas semitas producerent: & non intellexerunt, quòd ex omni parte illis instaret interitus. Idem describit Plutarch. in Annib. de exercitu Romano. Tunc undique surgentes Pæni hostem lacu & montibus clausum adorantur, nec solum à fronte, sed etiam à tergo, & lateribus instans. Tunc Romani spoliati præsidio, ac omni spe destituti, terga verterunt, alij lacum petentes, quorum multi in fugam comprehensî sunt, atque interfecti.

Senec. 15. Ita igitur aliquando cauta Fuga. Quapropter Senec. Epist. 22. inquit: Non est vir fortis & strenuus, qui labore fugit: verum ibi crescit animus ipsâ rerum difficultate: sed eum videbit brevia, in quibus volutatur, incerta, ancipitia, repetet pedem, nec vertet terga, sed sensim recedet in tutum. Vides hic fugam, quia tergum aversum, quod propriè est resilire, timere, ardua prudenter tentare, cavere pericula, sed non omninò timere, imò præcautione fugere, ne post inconsideratè fugiat: etenim si in fuga terga non vertuntur; aliquid virtutis sedet in animo. Retrahitur pes propter difficultatem: sed terga non dantur; quoniam imminenti periculo, si tutò recedere non potest, resilit animus. Hinc, ipse in Troad. vers. 502. ex persona Andromachæ filium alloquentis, inquit: Quid retrò fugis, turpesque latebras spernis? Agnosco invidiam: pudet timere.

Hoc modo fuga retrò, pedem iam motum in gressum repetendo, non antorsum vertendo terga, quod quidem signum veri timoris & pleni. Unde qui timet, fugit, terga vertendo, sed respicit retrò, quia plene non timet, nec periculum abdicet: imò ne ab adverso tutò cedatur fugiens, huc illicque respicit, ut in hostem irruat, signans in fuga prudentiam, in resistentia virtutem, ut contigit Abner fugienti Mæleem: de quo 2. Reg. 21. quod minime sit in fuga cæca, ut dicitur Ierem. 46. 5. Vidi pavidos & terga vertentes, fortes eorum cæcos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror undique. Non respexerunt præ timore. Timor aliquando urgens in fugam, in qua periculi effugium, imminente discrimine vitæ, impellit retrò vertere faciem: verum non in resistentiam, sed in vulnus, uti de Cæneo canit Ovidius ubi supr.

Ovid. Quos omnes dextra Dryantis Perculit adversos adversum, tu quoque quantois Terga fuga dederas, vulnus Caneè tuis: Nam grave respiciens inter duo limina ferrum, Qua navis fronti committitur accipis, ima.

Natal. Coin. Alludit Ovidius (subdit hic Natal. Comes) ad Cæsaris lepidum apophthegma, qui Pompeio (Mactrob. lib. 2. Saturnal. cap. 4. Saxoni) ostentanti vulnus, quod in ore acceperat, dixit: Ne unquam fugiens retrò respexerit.

16. Non ita Iosue fugam disposuit: aliàs Haiensis cavissent; sed omninò fallacem, eumentiam specie, cursus celeritate: unde terga dedit, fugitque, quin retraheret pedem usque ad tempus; sed firmavit velocitate, non respiciens retrò: quo stratagemate para illustris victoria, ac nobilissima prætextu fuga. Iam victi vicimus: ait Plautus in Casina, Act. 2. scen. 2. v. 76. & Troës apud Senecam in Agamemnon, v. 865.

Plaut. Senec. Prætiis furoris, Vicinus victi Phryges. Bene est, resurgis Troia: traxisti iacens Rares Mycenæ, Terga dat victor tuus.

Quando non vincit, victoria est?

Circumventio exercitus hostis: ars militaris.

Plutarch.

Idem.

Quid est, non respexerit fugiendo?

Quid victori. Cadmea, & Siciliana?

Qui-

Delr.

Quidam (ait hic Delrius) Victos vincere posse putet. Tales victorias Graeci Cadmeas vocant: Latini Pugnas Osculanæ: quo adagione Festus ait, significari, Victos vincere, Timinnius.

Titin.

Hæc quidem quasi Osculana pugna est, non suum. Quia hinc qui fugere impulsu spolia colligunt.

Bass.

Ita Casus Bassus de clade Gallorum subdit: Romani à Gallis devicti, victores sunt. Tit. Liv. lib. 26. cap. 1. Omnibus bellis victi vicerimus. Ovidius 1. Fastor. in Carmental. vers. 63.

Ovid.

Victa tamen vinces, everisæque Troia resurget. Obruet hostiles ista ruina domos.

Quid Victoria vitia?

Victoria victa est, ni cogitentur insidia, & varij eventus belli. Unde Cassandra interroganti Agamemnoni, Victor timere quid potest? Prudenter respondit: Quod non timet. Ita accidit. Vide Senec. loc. citat. vers. 795. & quæ diximus Tom. 3. Tautolog. 7. Didasc. 4. num. 8.

Senec.

17 Alia occurrit expositio. Fugiemus & terga vertemus: Quod fugere non est, sed imitari fugam, vel cautè fugiendum. Seneca Epist. 108. Fugere cavendi genus (inquit) concitatissimum est, & optimos quoque primos rapi: igitur cursus est, cum celeritate in discessu. Indic. 5. 2. 2. Fugientibus impetu & per præceptis ruentibus. Seneca in Hippol. vers. 898. Trepidum fugâ, concitum celeri pede. Totum in fuga cæca sine ordine: in ficta semper calthorum acies ordinata sine ordinis specie. In vera, per avia & deviam in ficta autem per semitas in campum pervium, ut levi signo totus exercitus in prociectu sit, & pugna pateant fugientes fugantes. Sic dicitur modò vers. 4. à duce ac imperatore Israëlitarum: Nec longius recedatis, & eritis omnes parati. Et vers. 15. Iosue verò & omnis Israël cessarunt loco, simulantes metum, fugientes per solitudinis viam. Sed quid? Victores versâ fugâ fugax dare terga coegit. Audiatur Virgilius 11. Aneid. vers. 631.

Quo cognoscatur fuga simulata, & vera?

Sed postquam congressi in prælia, totas Implevere inter se acies, legitique virum vir. Tum verò gemitus morientium, & sanguine in alto. Armaque, corporaque, & permisti cade virorum. Semianimes volucuntur equi: pugna aspera surgit.

Cap. 46. 6.

18 Ita intelligitur illud Ieremias: Victi sunt, ruerunt. Ægyptiorum sub Pharaone Nechaô vaticinatur exterminium. Nec cespites videns præteritum pro futuro, quod in Scriptura frequens: igitur quod citò fiet, designatur ut factum, modò quo Nos vulgariter dicimus: Cadaver est, dum desperatum, aut moribundum videmus. 1. Reg. 13. 14. Quæ sit Dominus virum iuxta cor suum: & nihilominus David non erat unctus. In Ioanne passim invenitur stylus. Ego vici mundum, Opus consummavi: de quo vide Sanctium loc. præfat. 1. Reg. num. 42. & quæ diximus Tom. anteced. Tautolog. 4. n. 45. Seneca in Herc. Octao, vers. 749.

Præteritum pro futuro.

Senec.

Decus illud orbis, atque presidium unicum; Quem facta terris in locum dederant Iovis, O mater obijt.

Ruere post casum, signat cadentis exterminij.

Id est, Obijit. Desperat de Herculis vita, quia intra viscera venenum Hydræ à Nesso; Quare Ieremias de clade, eadeque Ægyptiorum proxima loquitur: additque post Nabuchivictoriam, Ruerunt; quippe omnino exterminati, ubi supr. num. 12. Sic Indic. 5. 27. de Sifara: Ruat deficit, & mortuus est. Vinci exercitus potest, sed potest aliquomodo pars fugâ salvari. Vel potius: Vinci potest pugna, sed reliquæ pugna, ut accidit Romanis ingressu Gallorum (de quo Florus lib. 1. cap. 13. & Plutarch. in Poplicol.) reverti possunt pro amissa palmâ; sic decidat ab huiusmodi spe Pharaô & eius innumerabilis exercitus. Vincuntur, & corrunt: penitus debentur. Preparate scutum & clypeum, & præcedite ad bellum: iungite equos & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loriceas. Quid igitur? Fugerunt. Terror undique, ait Dominus. Quid tantorum totque armatura gravis? Equitatus, clypei, hasta, scuta, pila, galeæ, arcus, sagittæ, lorica, quid? Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igne Nabuchodonosor. Vidi ipsos pavidos & terga vertentes. Vertent terga ex pavore: vulnera erunt à tergo; quia fuga effusa, & terror undique, ut vel vulnerati cadant; vel per præcipitia in fugitam mortem ruant.

Ibid. v. 3.

19 Elucet differentia fugæ meditata, & capessitæ: igitur huius signa timor, tremor, pavor, ac denique fugientium ruina; quapropter additum: Ruerunt. Casus & excidium

dium est; quippe fuga in mortem ruina vocatur. Lucanus lib. 4. Pharsal. v. 284. Paulatim cadit ferrox. Virgilius ubi supr. Cadebant pariter, pariterque ruebant: id est, moriebantur. Plutarchus in Marcell. inquit: Carthaginenses terga Romanis dederunt, & irrevocabilem fugeræ fugam: diciturque fuga irrevocabilis, quoniam ruentes occisi sunt, uti ibid. subditur. Ita Iosue 7. vers. 5. Corruerunt ex Israël triginta & sex homines: hoc est, mortui sunt. Quare cum post victoriam dicitur: Ruerunt, intelligendum est de occisione facta usque in exterminium exercitus. Quod AA. exprimunt aliâ Tautologia, nimirum, Occidi occisione. Iustin. lib. 2. Fama (ait) ad utrumque exercitum pervenit, visisse Græcos, & Mardonij copias occisione occidisse. Et lib. 22. Pœni occisione casti. Plutarch. in Poplicol. subdit: Ne occisione occiderentur Sabini, Fidenarum propinquitas effecit. Id est, ne omnino delerentur. Frequenter gerundio eiusdem verbi, vel æquipollentis geminatio fit pro ruina totali, ac irrepabili exterminio; ut sæpe vidimus, indicatque illud dæmonum verficulæ Hætonem pelsimum Archiepiscopum Maguntinum in Aetna præcipitantum: Sic peccata lues, sicque ruendo rues. Videris Hartmanum Schedel. 6. Mund. ætat. in Registro: tol. 174. Sic in opposita materia ut plena designetur victoria, dicitur Victoria victrix: ut invenies apud Goltzium in Augusti numismat. Plaut. in Amphit. Act. 1. scen. 1. vers. 33. Victores victis hostibus, atque inter necatis hostibus. Et Chryostomus Homil. 34. in Matth. inquit: Vincimus, superamus, & victores sumus. Hæ geminationes sonant ad verbia quæd. Plenè & gloriosè vincimus. Non ita, imò contrâ Ægyptijs accidit; quippe quàm in prælio intendentes arcem, constantés minime, conversi sunt in fugam ab Assyrijs. Viso Nabucho, de adversarijs possumus dicere, quod Virgil. lib. 6. Aneid. v. 490.

Quia sit occisione occidit, & victoria victrix?

Iustia. Plutarch.

Geminatio pro adversarij.

Virgil.

Ut videre virum, fulgentiaque arma per umbras, Ingenti trepidare metu: pars vertere terga.

20 Aliud pro Tautologia expositio occurrit. Fugere, ut diximus, aliquando significat declinare, & cedere, sed non vinci. Fuga fugere, est cum ignominia fugere. Vertere terga, ambiguum est. In meditata fuga ad acriorem pugnam: in timida ad mortem & exterminium. Quare sæpe geminatur verbum & nomen, vel participium & verbum, aliquodve æquivalens, ut non solum fuga sit, sed inhonesta & in animo fugaci. Quare, ut dixi dudum, per adverbia exponendæ huiusmodi Tautologia. Ierem. Fugite & terga vertite: id est, cito fugite. Sic ibid. v. 36. palliologicè: Fugite, abite. Iob 27. 22. De manu eius fugiens fugiet: hosti est, celerime fugiet, formidolose, ignaviter, ignominiose fugiet. 4. Reg. 9. 3. Fugies & non ibi subsistes: nimirum, velociter abeas. Homer. 14. Iliad. v. 80. & 520. Fugiens fugerit: id est, Celeriter festinans: sicut dicit idem 15. Iliad. v. 166. Eurip. in Hecub. v. 1064. Ubi me fugâ fugiant. in Herc. furem. v. 818. Fuga, fugâ solo tolle pedem. v. 1081. Fuga, fugâ: currite, fugite. Plautus in Asinar. Act. 1. scen. 3. v. 5. Festina, fuge. Virgil. 3. Aneid. v. 639. Fugite à miseris. Fugite. Ovid. 3. Metam. fab. 5. Ille fugit fugiens. Senec. in Herc. Octao, vers. 742. I. profuge fuge. Martial. lib. 1. Epigr. 4. I. fuge. & 8. Epigr. 56. Celeri in sit abire fuga. Aliter in fuga colore fugæ, quippe non ex metu, fed præcongnitis & prævilis prudentiisima prudentiâ futuris: ut cuncta cautè tentata cadant ad votum, uti, ut cogitaverat Iosue, rem probavit eventus. Quadrat quod inquit Tacitus Histor. 2. cap. 24. & 25. orto bello inter Othonianos & Vitellianos. Equites procedere longius iussit, & tentato prælio spontè refugij, festinationem sequentium elicere, donec insidia cobrinerentur. Proditum id Othonianis ducibus. Antequam miserentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli prudens represit suos. Vitelliani temerè exurgentes, cedente sensim Celsi, longius secuti, ultra in insidias præcipitantur: nam à lateribus cohortes, legiones adversâ fronte, & subito discursum terga cinxerant equites. Signum pugne non statim datum, à Suetonio Paulino satis citò incipi victoriam ratus, ubi prævisum foret, ne vincerentur. Non ita Iosue: illic signum datum, ut vidit sine recursum: equidem tunc clasicum canens conficius incepit Israëlitarum, & cades hostium.

Epitexius.

Ier. 49. 8.

Quid sit fuga fugerit?

Tacit.

21 Ergo expositâ Tautologia, cur cum insidiatoribus non est progressus Iosue, sed erampentibus ex urbe occurrit, ut fugeret? curiosè inquires. Dicitur vers. 10. quod ordinatis insidijs ex adverso civitatis, ipse ascendit in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnantorum. Olim apud heroës usitatum, fortiores in insidijs collocari, & ab ipsis experti, ut virtutis occasionem. Homerus sæpe meminit. 13. Iliad. v. 276. Omnes fortissimi (inquit) ad insidias, ubi virtus magis perficitur virorum. Ulysses, Teucer, Pyrrhus, Diomedes, Menelaus, Philoctetes, Eurypylus, Schenclus, Idomeneus, & alij, hos exercitus Danaum, quos refert Quint. Calaber lib. 12. à v. 3. ingressi sunt in equanti Duretum Epæi. Quod quidem necessarij, quoniam virtus maior, ubi maius periculum: igitur aliquando insidia

Cur Iosue cū insidiatoribus non progressus?

Quinam du
cei ingreſſi
in equum
Troianum?
4. Reg. 6.
11.
Inſidia in
inſidiantes.
Plutarch.

subolſiunt, ac in laqueos quos poſuere inſidiatores, cadunt. In inſidijs ſuis capiuntur: di-
citur Prov. 11. 6. Ita praecupato inſidiarum loco, conturbatum eſt cor regis Syriae, & con-
vocatis ſeruis ſuis ait: Quare non indicatis mihi, qui proditor ſui eſt apud regem Iſrael?
4. Reg. 6. 11. Sic praecupatis Sabinorum inſidijs a Poplicola, eos circumdedit, & omnes
aut caſi, aut capti fuerunt: unde Plutarchus inſit: Pars e caſtris ad inſidiatores, pars ad
caſtra currentes contraria fuga, in eos quos fugiebant, incideret: aut in auxilij indigentes
eos, quos ſibi opom laturos putarant. Lucanus 6. Pharfal. v. 196. canit:

Caeſaris ut miles glomerato pulvere victus
Ante aciem, caeci trepidus ſub nube timoris,
Hoſtibus occurrit fugiens, inque ipſa pavendo
Fata ruit.

Lucan.

Q. Cal.

Quare iure Q. Calaber, ubi dudum, de heroibus incluſis in equo Troiano dixit: Taciti
erant omnes inter vitam & mortem, ob imminens periculum: igitur ſi Caſandra credi
diſſent, equo igni tradito, proculdubio perituri.

Homer.
Iguominio-
ſum inſitit,
non eligi ad
inſidias.

22. Summo probro dabatur olim non eligi in inſidijs: quare Agamemnoni dixit
Achilles apud Homer. 1. Iliad. verſ. a 27. Neque ad inſidias ire cum primoribus Achivorum
auſus eſt animo. Hoc autem tibi mors videtur eſſe. Idem Aiaci Telamonio exprobrat Ulyſ-
ſes apud Ovid. lib. 13. Metam. fab. 1. tam ex furto Palladij, quam ex caede Rheſi.

Sed tamen & ſpreto noſtiſque, hoſtiſque periclo
Auſum eadem qua noſ Phrygia de gente Dolona
Interimo, non ante tamen, quam cuncta coegi
Prodere, & edidici, quid perſida Troia pararet.

Ovid.

Inſigne pe-
culiare ga-
leae ducis
exercitus.

Magni eſti habitum a ducibus in inſidias miti, in articulo tractuque belli Haienſis, non
opportebat Imperatorem a conſpectu hoſtium abeſſe, ut pareret votum ex inſidijs in-
ſtructis. Qua de cauſa Iofue occurrit, & inſignibus ſupremi ducis, ut magis deciperetur
Haienſes fugiente ipſo Imperatore. Olim vel ſummis buccula galeae (vulgò Viſera)
agnoscebantur duces & imperatores exercituum. Conſtat ex 3. Reg. 22. 30. ubi: Dixit
Rex Iſrael ad Iofaphat, ſume arma & ingredere praellium, & induere veſtibus tuis: porro
Rex Iſrael inſtauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum. Homerus uſquequaque refert,
& late Heſiodus de Scuto Hercul. etiam Latij. Yates. Virgil. 7. Aeneid. verſ. 785-82
verſ. 620.

Cui triplici crinita tuba galea alta Obmeram
Suſtinet, Aeneos afflantem faucibus ignes.

Virgil.

Tam in ſcutum, quam in galea refert inſignia exercitus primi ducis Silius Ital. 21. de Belli
Punic. verſ. 294.

Ecce autem clypeum ſeoo fulgore micantem
Oceani gentes ductori dona gerebant,
Callaica telluris opus, galeamque coruſcis
Subnixam criſtis vibrant, cui vertice cont
Albentes nivea tremulo nutamine penna.

Sil. Ital.

Iofue Polior-
cetes.

Plura videris apud Statium in Thebaide. Galea, galeaeque cono, ſcutum, ac caeteris armis
quibus agnoſcit dux exercitus Iofue, maxime dum fama inclata ferebatur ob virtutem,
conſtantiam & reliquas militares dotes, quaſi Poliorcetes (hoc eſt, urbium expugnator)
inter hoſtes, & laudatus vel a victis. Unde cum fugax apparuit, elatus rex Hai, quaſi terro-
re fugeret, qui illudſque cunctos fugarat, ſeſe victorem victoris arbitrans, ſine ſuſpicio-
ne cladis proſecutus, votum Iofue praecipiti excuſu implevit: etenim fugae ſimulatione,
aſtu potius, ut in arva descenderet, ac nudum circumveniret; qui terga verterat, faciem
obſtrinxerat, & perſequentem omnino delevit. Prius ſine illo in expugnationem urbis af-
cenderant tria millia, qui fugerunt: modo in fronte totius exercitus Imperator armatus
apparuit, ut fugiens ipſe, Haienſes magis acueret in furorera, & illorum rex pictura paſtus
inani, ut papilio citius volaret in flammis: igitur longe ab urbe diſtractum Iofue vicit,
poſtea que in patibulo ſuſpenderit. Hoc eſt Fugere facies, ſeu a faciebus, ut legunt Verſio-
nes: eequidem ut ait Iofephus lib. 5. Antiq. cap. 1. Hoſtem ad certamen proleſit. Illis vero
audacter ob proximam victoriam irruentibus, ſimulat a fuga procul eos ab oppido abſtrahit,
ſuſum hoſtem exiſtantes, & quaſi victoria tam parta inſoleſcentes, poſtquam autem ſu-
bito converſi copijs, in faciem illis obſtitit, & alijs qui in inſidijs latebant, ex compoſito
ſignum datum eſt: cœvri celeri curſu ad Ainam, feruntur; & averſam eius portam occu-
pant, plerique civium e muris ſuorum, ut tunc praebant, victoriam ſpectantibus: urbemque

Quid eſt Fu-
gere facies?

Iofeph.

inſerunt.

Ingreſſi ſine discrimine eadem ingentem edunt. Interim alia parte Ieſus obvols in fugam
vertit, qui per agros diſpatati, cum ſibi invicem praefidio non poſſent eſſe, alijs atque alijs
in locis ſua oppreſſi. Hocine ſtratagemate Caſar vicit, ut canit Lucanus 4. Pharfal.
verſ. 162.

— Ite ſine ullo
Ordine, ait: raptumque fugâ convertite bellum,
Et faciem pugna, vultusque inferte minaces:
Nec liceat pavida ignava occumbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum,
Dixit: & ad montes tendentem praevenit hoſtem.

Lucan.

23. Signum, quo inſidiantes irruere debebant in Hai, ex textu conſtat clypeum ſoiſſe.
Sic igitur dicitur verſ. 18. Leva clypeum, quod in manu tua eſt contra urbem. Alij legunt
Lanceam, uti eminentiorem, & praet arbitror, criſtaram, ſicut moſ antiquis ducibus, &
poſt ante Imperatores Labarum, quod vexillum breve militare, & cuius motus vel eleva-
tione, vel demifſione ſpeculatores eminus, monerent inſidiantes de opportunitate ingreſ-
ſus in civitatem incenſum iri. Ita verſ. 19. ſubditur: Cumque elevaſſet clypeum ex adverſo
civitatis, inſidia quae latebant, ſurrexerunt conſeſſim. Sic enodatur difficilis quaſtio: quo-
modo nimirum, e tam diſſito loco, maxime cum vallis eſſet inter Iofue & inſidiatores,
videri ſymbolum poterat? De clypei elevatione inter utroſque facta conventio; & moniti
ſpeculatores, ut ſtatim e loco eminentiore ſigno etiam monerent inſidiantes. Nec obſtat,
quod huius ordinis nulla memoria in Scriptura fiat ſupponitur, & claret ex facto. Quo-
rum ergo inſidiatores e latebris ſurgerent ad clypei elevationem, ni pro teſtera elevatio
clypei pacta Iofephus aſſerit, dum dicit ubi dudum: Ex compoſito ſignum datum eſt. Ex-
poſitio Scarij, Maſi & Caietani voluntaria omnino. & contextui diſſona: igitur eleva-
tionis clypei ſignum, ſignum non fatentur, & ad myſteria, ſeu allegoriam recurrunt. Ex
divina operatione (inſit Caietanus hic) factum eſt, ut extenderet Iofue manum ſuam ver-
ſus civitatem, inſidia ſurrexerint, & ceperint, atque ſuccederent urbem. Sicine illuſtre
miraculum non neceſſarium? Nec obſtat, quod dicitur verſ. 26. Iofue non contraxit ma-
num, quam in ſublime porregerat tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores
Hai. Id eſt, dato ſigno elevationis clypei in culpe lanceae, & hocine quos intrantibus
inſidijs in civitatem, non ceſſavit a pugna, imò gravi indutus armaturâ nec clypeum, nec
haltam depoſuit, quoſque omnes occiſi, & civitas penitus aſtit. Hebr. Non reduxit ma-
num ſuam, quam inclinavit in lancea, quousque interfecit omnes habitatores Hai. Hiſpanice:
Con eſpada en mano. Non deſtitit, ſed illico clypeo & haltâ uſque in exterminium irruit:
aliâ ipſe ſcutum tenens, maneret ſtatue adinſtar in tanto conſictu, nec pugnaret; quod
textui oppoſitum: quandoquidem, ut ibi dicitur a verſ. 21. Iofue & omnis Iſrael reverſus
percuſit viros Hai. Cum ergo ex utraque parte adverſarij cederentur, ita ut nullus de
tanta multitudine ſalvaretur, regem quoque urbis Hai apprehenderunt viventem. Quid
clarius?

Iofue 8. 18.

Ibid. v. 19.

Quomodo
qui in late-
bris erant,
viderent ele-
vatione cly-
pei Iofue?

Caietan.

Ibid. v. 21.

Hebr.

Ibid. v. 21.

24. Sicine uſtatam olim in teſteris, conſtat ex his quae diximus de Annibale num.
11. & 20. ac in vindicta Ulyſſis de prociſ. Refert Homerus 22. Odyſſ. a v. 297.

Iam tunc Minerva, hominum interſectrix, agida ſuſtulit.
Alto ex ſaſtigio: horum autem mentes expaveſcunt.

Homer.

Lyſander (apud Plutarch. ubi ſupra) ſpeculatorijs navibus emiſiſ, mandavit, ut cum vi-
diſſent egreſſos navibus Athenienſes, areum ſcutum invadendi hoſtis ſignum de prora attol-
lerent: & poſtquam ſublatum eſt, a pratoria navi tuba claſſicum cecinit. Idem Tit. Liv.
lib. 7. decad. 4. A Cyro elevata aquila aurea: Xenoph. lib. 7. & ab Artaxerxe Gallus aſſixus
lancee: ita Plutarch. in eius Vita. Si plura deſiderantur, invenies in Alex. ab Alex. lib. 4.
Dier. genial. cap. 2. & ibi Tiraquell. Non aliter Iofue inſtructis inſidijs, levavit clypeum:
cognitoque ſigno ab exploratoribus (qui in edito loco erant, aurem commilitonum ve-
licantes) illi ingreſſi civitatem conbuſturi; regreſſique ſunt, ut gladijs exciperent fu-
gatos a Iofue, qui bellicum converſi copijs cecinerat, ut Haienſes nullum haberent
eſugium.

Clypeum ſu-
ſpendi ſpenti
ad pugnam.

25. Fugiemus & terga vertemus. Ar. Montan. Sicut in principio fugiemus ad facies
eorum, Chald. Avertemus ante eos. Maluend. Fugiemus faciebus eorum. Caietan. Fugie-
mus ante eos. Hi didotiſſimi linguae ſunt, de quibus egimus. Ad mores ergo dirigatur do-
ctrina, ut fugiamus peccata.

Verſiones

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus en. curs.

- 1 *Fugiemus & terga vertemus.* Decet in regimine indulgentia criminis, modò in crimina ipsa indulgentia non fomes. Unde oportet aliquando fugere, ceterum terga non vertere; quoniam si Superior vertit terga, ad cuncta crimina insolescet audacia.
- 2 *Fugiemus & terga vertemus,* ne persequentes hostes inspiciamus. Si periculum in regno Martis, quantum in insidijs Veneris? Tergaque etiam in fuga vertuntur, ut ab hostibus etiam declinent conspectum; quippe fatis levis oculorum iactus in cordis vultus.
- 3 *Fugiemus & terga vertemus.* Non sat fuga, ni vertantur in fugam Veneris terga: & utrumque in fuga iungitur, ut cautio etiam in recessu conspiciatur: igitur relabitur plerique, dum videntur egredi.

- 4 *Fugiemus & terga vertemus.* Quod simul in peccatore, disunctum in penitente; quippequam Deus, si ex corde peccator plorat; post tergum projicit cuncta peccata, ne videat.
- 5 *Fugiemus & terga vertemus.* Fugit Virgo peccatoris crimen, sed non peccatorem: fugit, sed terga non vertit, dum additum sibi devotione videt: igitur ut reddat offerenti coronam, reducit illum in gratiam.
- 6 *Fugiemus & terga vertemus.* Fuga cum averfione vultus dilecti signat absentiam, amantis cordis erumnam: Christusque in utero matris illum non fugit, sed terga dilecti vertit; ut esset superpes singularis in lætitia genitricis: quandoquidem sine fuga in gaudio abscondebatur vultum, ut cresceret desiderium.

DIDASCALIA PRIMA.

Inimicis à Præfide condonandum, sed non cedendum.

Clementia dicitur temperantia animi in potestate ulciscendi: unde Ovidius ad *Liviam*, v.

45. accinit: *Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum?*

Altius & vitis exeruisse caput? Nec nocuisse ulli & fortunã habuisse nocendi? Malignitas est, velle ulcisci, sed non posse: clementia verò, posse iniurias ulcisci, sed non velle. Sine potentia iudicaretur abs potestate potestas, & cresceret haccine cogitatione malignitas, quæ adinstar crocodili fugientem sequitur, pravaque in tolerantem machinatur: nec tantumque & posse & fugere in splendorem clementiæ; ut clarescat pietate corda: igitur vera clementia, qua ex animo indulgetur iniuria, & compescitur audacia. *Fugiemus & terga vertemus*, dixit militibus Iosue. Quis non? Necessarium in fuga vertere terga. Terga vertit aliquando, sed non fugit, qui impotens vindictam quarit. Fugit, sed terga non vertit, qui afficitur dedecore, & renuit ulcisci. Si terga verteret, dum inimicos fugeret; impotentiam vindictæ improbitas iudicaret, atque in maiora insollesceret: & fugiens vindictam, nullo modo avertit faciem; ut audacia propulsetur per timorem: igitur cadet præ formidine pervericax petulantia, quam minimè

potuit vincere totis viribus patientia. Versuaculè: *No proseguiran la injuria, si haze cara.*

2 Hic interdum status lubricus Superiorum, qui non tantum fugiunt, sed terga vertunt: soventes subditorum relaxationem, imò in crimina concedentes libertatem: etenim cognita incontinentiã formidinis, supra dorsum conniventis sua fabricant molimina peccatores. Unde cum vera clementia sit, qua indulgetur culpa, ac in maiorem non fovetur audacia; quisquis manus habet patris, ostendat simul potestatem iudicis, ut timore perterriti, improbi quiescant ab iniquitate: igitur qui fugit, & terga vertit, ne videat crimen; potest convertere faciem. Expressit Octavius Strada in *Symbolo*, Tom. 2. Hierogl. 33. quo manus valida quasi iaculatura, curvo arcu ac sagitta in crena, cum epigraphæ, *Sic ad astra*. Iniuriæ illata. Num existunt sine ultione? Nullo modo. Sine ultione dirior ultio. Rideret audax, si impotentiam videret in ultione: sagittaque prompta incutit cordi formidinem; ut timore vulneris imminenti, refiliat à pravitate cogitantis: etenim facile in crena tenenti telum, solvere nervum in ictum. *Dij, Deaque, quam malè est extra legem viventibus!* *Quicquid meruerunt, semper expectant:* ait Petronius in *Satyr.* Si percuterentur, non per-

Disimulatio criminis subditorum fovet malitiam.

Strad.

Timor compescit.

Petron.

Quæ vera clementia?

Iosue 8. 5.

Timor magis ex iniuria illata, sed non vitia.

Quanta præfidentia in

Apoc. 6. 2.

Hefius.

Apoc. 6. 2.

Hefius.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

Apoc. 6. 2.

percuterentur dirè. Dirè percutiuntur, dum lancinantur timore. Cogitatione ultionis lesse premunt; nescientes, quando sagitta impelluntur: mansique sine ictu in ictum exponitur, dum sine elione iniuriæ parens ulciscitur; quippequam in promptu acuminè reli, profundius vulnerantur à timore, quam à vulnere. Aliquid in simbolo pro discrimine illationis iniuriarum. Sunt iniuriæ propriè moderantis, & sunt etiam facta integritati legis: præ ferturque sagitta arcu in ictum collocata, sed non excussa; ut sic tendat Superior elevatus ad astra: equidem regimen eximium, decus Superiori magnum, manum extendere in cupidem, ut vindicet Dei honorem; ac pro sui deturpata estimatione, vel cum sagitta remittere. Inimicis utique condonandum, sed non cedendum. Cederet, si sagittam non haberet: minimè condonaret, modò exploderet; ictusque arcus cum sagitta suspenditur; ut prælati mansuetudine audacia subditorum suspendatur: siquidem frenum audaciæ, cum viderint Superiorem posse ulcisci, vel sic nolle.

3 Dicitur textus. Vidit Ioannes, & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret. Si arcus, ubi sagitta? Abque telis, quorsum atcus? In contentione descendit. Sicine inermis, & armatus vadit?

Frastra tenditur arcus, Si non-ulla super tibi sagitta.

Ait Guilielmus Hefius de *Charit.* Emblem. 3. Obijcitur typus Superioris insignis, sabditis pravus, horum decertante malitia, & illius innatà benevolentia. Arcus debebat preparari & pharetra sagittarum, quæ caderent in corda inimicorum: verum cum magis præstet iniuriarum condonatio, ubi donorum largitio; sine sagittis pertulit arcum in debellationem cordium: quandoquidem si subditi rationales, plus moventur obsequijs, quam sagittis. In illum intenderunt arcum amarà malitia, ac prepararunt sagittas suas in pharetra. Ille autem tantum arcum, sed nullum telum. Arcus potestatis index, sagitta autem usus potestatis: & obijcitur sine iaculo arcus, quem videt oculus; ut in frugem convertantur corda Superiorum sagittantia; & quidem in potestatis usu videntur gratias, quas formidabant sagittas. Iccireò dicitur: *Exivit vincens ut vinceret.* Offensus, iniurijque affectus potestatem obijt: sed nullam sagittam sumpsit. Patet meditata victoria, sine ultione iniuriã condonata: vincensque exivit, ut vinceret, dum inimicis pepercit; quippe inimicos non vin-

ceret, ni sese prius indulgendo superaverit. *Habebat arcum, & data est ei corona.* Ante triumphum? Nullo modo, Sui prius, quam aliorum impugnationis: habuitque in triumphu signum coronam; quippequam pro telo in arcu supposuit gratiam.

4 Sagittas habuisse, indicasseque efficacissimam amoris vim, autumat hic in *Commentar.* Alcazar. Huiusmodi profectò apparatus aptatur in inimicos. Percutiendi laneceterum ubi sagittæ? In beneficentia, qua perfodiunt adversantium corda: gratiaque designantur ut sagittæ benigno corde; quoniam hostes potius quam acie telorum, cadunt sagittis gratiarum. Inimici subigendi vel virtute vel amore. Maior virtus amoris, quam virtutis; quippe sapius gratijs vulnerantur, qui petulanti resiliunt. Læta qualitatem opprobrii congruit intensio vindictæ: in arcuque pro sagittis gratias posuit; ut acris hostium corda vulneraret: igitur gratia iniuriam generosè condonantis, sicut sagittæ acuta in manu potentis. Perpende sententiam Augustini, circa iudicium mulieris in adulterio deprehensæ. *Animadvertentur Pharisæi* (inquit tract. 33. in Ioan.) *Christum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum.* De illo quippe fuerat antè prædictum: *Accingere gladio tuo circa femur tuum potensissime.* Singularis profectò mansuetudo: at quid cum gladio? Gladio accingitur latus in ultione: quo modò ergo propter mansuetudinem? An quia patientibus sæpe imponitur manus onus? Dicit vel Tacitus in *Agricol.* cap. 15. *Nihil profici patientia, nisi ut graviora tanquam ex factili tolerantibus imperentur.* Minimè auderet malignitas in opprobrium, si prælagiret in patiente gladium. Geminatur iniuria, quia tolerantia. Gladius in offensionem inimicorum haberetur. Mansuetudo, dum etiam hostibus urgentibus, non distinguitur: gladiusque signatur pro mansuetudine, ubi insurgunt offendentes adversarij; quippe nullum acrius vulnus inimicis, quam vulnera inimicorum mansuetudo tolerantis.

Augustina.

Psal. 44. 4.

Et patientia

Tacit.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Magnum volucisci posse, nec vitæ.

Rit a

ad.